



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Minister Prouincialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

270 MINIST. PROV.

MILITARIS ORDO.

*Vide Commendatores, Castitas, Eleemosyna, Exemptio quoad seculares, Illegitimus, Immunitas, Interdictum Ordo militaris, Paupertas, Prelatus.*

MINISTER PROVINCIALIS.

*Vide Iurisdictio, Electio, Visitatio.*

**I**N electione Ministri Prouincialis potius spectanda videtur canonum, quam Theologiae notitia; quamuis aliter se res habeat in Episcoporum electione; cuius differentiae ratio est, quod hi ad praedicandum, ille ad regendum praecipue instituat. *rom. 3. qu. est. 34. art. 3.*

*Ex concess. Apostolica* habent Ministri Fratrum Minorum eandem iurisdictionem in omnes Sorores Sanctae Clarae, & Tertiarias, quocumque modo vocentur, quam Protector Ordinis, qui *ex Regula* proprius est earum Superior, habebat: dempto quod in earum Monasteria, nec ipse ingredi, nisi in casibus permisis, nec aliis eam licentiam concedere potest. *1. q. 17. ar. 8.*

*Mona*

M I S S A. 271

Monasterium eiusmodi Sororum nouiter erectum non potest per Episcopum regi, sine expressa licentia Papæ, cum ipso facto sit subiectum Ministro Prouinciali. *art. 9.*

Ministri iurisdictione in Sorores est ordinaria, quia licet sit ex priuilegiis & cõmissione; ista tamẽ priuilegia sunt perpetua, atque adeo conferunt iurisdictionem ordinariam, & auctoritatem creandi Commissarios pro dictis Monialibus visitandis. *art. 10.*

M I S S A.

*Vide Altaria, Legata, Parochus.*

**C**lemens V. statuerat olim, ut nullus sæcularis Missas, aut Exequias præsumeret celebrare in Ecclesia Fratrum Minorum, sine eorum consensu; sed id reuocauit Leo X. decernens non solum quòd omnes ibi celebrare possint; sed etiam quòd libenter eos recipere ipsi Fratres debeant. *tom. 3. q. 4. art. 1. Vide Sepultura.*

Bonifacius IX. omnibus Ecclesiarum Prælati seuerè sub pœna excommunicationis ipso facto inexc